Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



na luminaria: luminare maius ut preesset
diei · et luminare minus ut preesset nocti · et
stellas et posuit eas in firmamento celi ut lu-
cerent sup terram et preessent diei et nocti · et
diuiderent lucem a tenebris. Et uidit deus q'
ēet bonum. Et factum est uespe et mane di-
es quartus. Dixit etiam deus. Producant
aque reptile anime uiuentis: et uolatile su-
per terram sub firmamto celi. Creauitq; ds
cete grandia et omnem animam uiuentem
atq; motabilem · quam produxerant aque i
spēs suas: et omne uolatile scōm genus suū.
Et uidit deus q' ēet bonum: benedixitq; eis
dicens. Crescite et multiplicamini et replete a-
quas maris: aues q; multiplicentur sup terrā.
Et factum est uespe et mane dies quintus. ℣
Dixit quoq; deus. Producat terra animam
uiuentem in genere suo iumenta et reptilia:
et bestias terre scōm spēs suas. Factumq; est ita.
Et fecit deus bestias terre iuxta spēs suas: et
iumenta et omne reptile terre in genere suo.
Et uidit deus q' ēet bonum: et ait. Faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinē nos-
tram et presit piscibus maris: et uolatilibus
celi · et bestiis · uniuerseq; terre: omniq; reptili
quod mouetur in terra. Et creauit deus homi